SEQVUNTUR CARMINA á Magnifico Domino ProRecto-re, Fautoribus, Agnato, & amicis, Domino Autori tranſmiſſa.

COnſultum non eſt, hederam ſuſpendere vivam
VVALPURGERE tuo, prolixo carmine, libro,
Quem tua ſedulitas doctrinaq; provida prodit
Theulogiæ & reliquæ jucunda & grata juventæ:
Nam loquitur pro me RES ipſa, & pagina docta
Judicium de ſe præbet ſpecioſum, ut amorem
Magnatum hinc valeas tibi conciliare, favorem
Noſtratumq;: Juvat ſaltem conjungere votum
Quod petis: Ampla Deus largè tibi dona reponat,
Ceu meruêre tui genij ingeniiq; labores.

Sigismund Finckelthaus, *V. I. D.*
& pro temp. Academiæ Lipſienſis
Patriæ ProRector.